

Quod priuilegium habent [ut fertur] Pa-
tres Iesuitæ. Et tandem dicit, q[uod] nulla alicu-
bi facta est concessio, vel Indulgentia, quæ
non sit Religiosis in Noua Hispania commo-
rantibus communicata. Et per hanc [si alia
non esset facta concessio] datum illis, quod
habuerunt per Innocentium, & Sextum, Gre-
gorium, & Nicolaum, qui ad Partes Orien-
tis Infideliam sunt profecti: & quod per Leo-
nem. 10. & Adrianum etiam est communica-
tum, immo amplius habent, & quod perpe-
tuo illa concessit sine temporis limitatione.
Hæc ille. Quæ valdè consideranda sunt; &
per ea Philosophandum est in ceteris priuile-
giis, gratiis, & indultis Apostolicis, aliis
concessis.

Aduerte, q[uod] illam Indulgentiam pro libe-
randis animabus in Purgatorio detentis con-
cessit Paulus. 3. anno Domini. 1549. & pos-
tea confirmauit Pius. 4. vt patet in tabula im-
pressa quæ asseruatur in prædicto Collegio
de Sancto Ioan de Letran, vbi dicitur. Prime-
ramente que qualquier Sacerdote que ē este
Collegio dixerit Missa, o qualquiera otro q[uod]
en el la mādare dezir, saca cada vez una ani-
ma de las penas de Purgatorio. &c.